

CCCXXXIX.
 R. 3256 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 190. f. max. per duas columnas pulcherrime scriptus, rubricis distinctus, et singulis Librorum initiis veluti Porticibus picturatis visendus, quibus Tituli literis uncialibus laeta colorum varietate impositi sunt, continet praeter *Παγεργα* inferius adferenda *S. Augustini Libros XXII. de Civitate Dei* magnifice praenotatos: *In Nomine Domini Incipit Liber De Civitate Dei Sancti Augustini Episcopi Mirifice Disputatus Adversus Paganos Et Hereticos Et Demones Eorum Ab Exordio Mundi Usque In Finem. Amen:* Qua ratione factum, ut salvo hujus tituli folio sequentes aliquot Membranae exciderint, ig-

Civis catholicus Folknandus jam moriturus

Hunc scribi librum communem iussit in usum.

In ora infera alius quis alterum librum ostentat, in quo legas:

Obsecro te, memor esto mei, memor esto —

ultimum Antibacchium Compactor oscitans ita praecidit, ut non nisi extremam syllabam *mi* divines. Nomen Scriptoris fuisse censeo, fortasse *Wilermi*, aut quid simile. Quis vero *Folknandus* ille *Civis Catholicus*? Adi III. *Valvasorii Carnioliam* lingua germ. scriptam T. II. L. 8. §. 4. p. 696. f. et invenies *Folcandum Sitticensis Coenobii Ord. Cist.* secundum Abbatem, qui cum ab a. 1150. usque ad a. 1180. praefuerit, Co-

noro. Interim, quae *Libri I.* superfunt, ab his verbis incipiunt: *alioquin ab hac turpitudine paterno ferro filium liberaret.* Leguntur haec in Edit. *Maur. Paris. T. VII. 1685.* sub finem c. 23. col. 22. quacum collatus Textus noster factis sincerus est. A *Libro XI.* incipiunt praefigi *Capitularia*, et hic inscribuntur: *Incipiunt Capitula Sequentis Operis.* Non certe novi, sed *Partis alterius* totius Tractationis, ut Autor ipse L. II. *Retract.* c. 43. adpellat. *LL.* tamen XIX. et XXI. *Capitulari* carent. Litera capitalis L. X. Abbatem sedentem, pedo instructum, lacerna alba, qua vulgo *Flocco* dicta in choro *Cistercienses* utuntur, indutum, et librum apertum in gremio tenentem exhibet, cui inscriptum:

dicemque nostrum *jam moriturus* scribi jufferit, de Scriptionis aetate conjectura probabilis fieri potest. At cur hic Abbas *Civis catholicus* adpellatur? Memento, id fieri in Opere *de Civitate Dei*, cujus proinde *Civem* se *Folknandus* profiteri voluit. Ejusdem jussu alium itidem Codicem a *Pentateuch* exorsum et inter *Hieroglyphicos* a me hoc *Vol.* relatum, si placet, confer.

Prae-

Praesentis porro Παρεργα, quae supra innui, sunt: *Fol. 1.* Formulae plures adjurandi Fulgura et Tempestates, in quibus non pauca superstitiosa, puta *Incrementh* et *Mermeuth* Angelorum nomina, qui praesunt tempestatibus, item: *Matheus Marcus Lucas Johannes, quadrigę domini, cherubim et seraphim contra sagittam Lamia sit* (fortasse *Lamina*) *palamia sit per omne corpus meum,* item: *In Dei nomine die ac hora propter illum malannum et propter illam guttam feruentem,*

quod absit a fidelibus, quam dominus papa transmisit ad imperatorem, ut omnis homo super se debeat portare. Quis morbus *malanni* et *guttae* nomine hic veniat, difficile dictu est; vario enim significato erant illo aevo. Ejusmodi Imprecationes etiam publice propositas fuisse, liquet ex his: *Interdico tibi diabole, ut si in arbore uideris hanc scripturam meam, fuge possessionem illam a finibus et terminis &c.* Haec eleganti manu *Sec. XII. Fol. penult.* ad calcem *Augustini* eadem elegantia Τετρασυχον:

Hic iungo fini pisces tibi carmine tali.

Hechet Slie Alent Uorha Afch

Lucius & Tincus Capedo Trutta Timallus

Creffo Al Crebez Grundele

Gratius Anguille sunt hic Cancri Coronille

Hufe Salmo Carpho Waler Sture

Ipcus Gamarus Carabus Balenaque Rombus.

Glossae germanicae vel hodie facile intelliguntur; verum adpellationes latinae pluribus parum conveniunt. *Ipcus* fortasse corruptum Ἰπποκαμπος fit.

Fol. verso Incipit Passio S. Floriani Martiris. Ita quidem: *In illis diebus sub Diocletiano et maximiano imperatoribus cum esset persecutio christianorum, quando diuersis agonibus decertantes &c.* ut apud *Bollandianos T. I. Maji ad diem IV. p. 462.* Phrasis nonnunquam aliquantum differt, ut v. g. in clausula, ubi nos legimus: *Acta sunt haec apud noricumripensem loco lauriaco. aduersantibus illis diebus diocletiano et maximiano. agente uero aquilino preside.* *Reg- Denis Codd. Theol. V. II. P. I.*

nante autem domino nostro ihesu christo. cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Sequuntur *Transsumta II. Chartarum, 1) Henrici Comitis Goritiae et Tyroleos, Advocati (Vogt) Eccl. Aquilejensis, Tridentinae et Brixinensis,* qua Possessiones *Coenobii Sitticensis* in 4. Pagis fitas petente Abbate et Conventu ad triennium in tutelam et curam recipit. Data est: *In Vngerspach Anno Domini MCCCV. Indiē. III. die XV. Sine Mense.* 2) *Meynhardi Comitis Goritiae et Tyroleos,* qua dicto *Coenobio Jurisdictionem, Jus Telonii, Venationis et reditus e Vectigalibus (das phennyg recht, das ist cze Lau- Aaa bäch*

bach czeben Mark, cze Landestraz czeben Mark) confirmat, et Hospitum receptiones, pernoctationesque in Coenobio prohibet, dum Res ejus familiaris denuo recreetur. Data: *cze Laubach Anno Domini MCCLXXVII.*

Finem facit Regimen contra Pestilentiam missum, ut praefertur, a graecis Magistris *auz Sa-ligñ*, quod fortasse corruptum dicas e *Salerno*, famosa illa Medicorum Schola. Omnia haec idiomate germanico.

CCCXL.

R. 2230 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 169. f. maj. per duas columnas commode scriptus, coloribus distinctus, et quondam Bibliothecae Episcopat. *Neostadiensis* continet D. *Aur. Augustini de Civitate Dei contra Paganos Libros XXII.* Initium facit: *Sententia de secundo libro retractationum (c. 43.) beati augustini in libro de ci. dei.* quemadmodum etiam in Edit. *Maur. Paris. T. VII.*

Sis celi civis, gaudenter vivere si vis.

Christi passi vis tibi donet vivere vivis.

CCCXLI.

R. 2235 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. 291. f. max. per duas columnas eleganter exaratus, rubricis et florente initii Litera picturata decorus, olimque ejusdem Bibliothecae aliud Exemplar est praecedentis Operis; hic vero Locum e L. II. *Retract.* sequitur

1685. f. antecedit, sed cum ibi legitur: *Interea Roma — eversa est, cujus eversionem &c.* nos habemus: *Interea cum Roma — eversa est, ejus eversionem &c.* non sane pejus. Sequitur: *Incipit prologus in librum de ciui. dei contra paganos.* Ita: *Gloriosissimam ciuitatem dei sive in hoc temporum cursu &c.* Tum Liber I. *Ex hac namque ciuitate existunt &c.* Capitibus Librorum omnium praescripta sunt minio argumenta eadem, quae in Editionibus leguntur, et in fine Codicis denuo ex iis confectus est Syllabus. Lectio satis proba est, et Opus integrum. Ad calcem accedit *Declaratio quorundam ambiguum in libro de ci. dei positorum*, et primo quidem, quae *Augustinus L. XIII. c. 16. e Timaeo Platonis a Cicerone latine verba* citat, e versione *Chalcidii* repraesentantur, dein succedunt mera grammatica levis momenti v. g. *Ignis et plurima hujusmodi accusativum pluralem in es uel in is indifferenter faciunt.* Finem facit hic lusus:

Syllabus Librorum et Capitum. Cetera ejusdem rationis sunt, neque deest ad calcem *Declaratio supracit.* quamvis Inscriptione careat.

CCCXLII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 174 Folior. 400. f. per duas columnas